Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

, 476.

"committo ſervide caritati et iuste discrecioni omnium rectius et veracius sencienciũm Ad laudem et gloriam omnipotentis dei qui est laudabilis et benedictus in ſecula seculorum Amen. Explicit Speculum Clericorum deo gracias amen ffr̄ Jo. de cap^{no}. Inscribitur quoque hoc opus "De instructione et directione Simplicium Sacerdotum, et prodüt Venet: 4to 1580. unacum tractatu de Papa, et Concilii authoritate. Vide Possevin: Appar. Sac: T. 2. Voce Joann: Capistr. Oudin: Script: eccl: T. 3. col: 2460. Wharton in Append: ad Caveum p: 98.

S. Joannes Capistranus, natione Italus Ord. Min: vitam posuit aõ 1456.

Cod: CC.

Chartac: Fol: saec: 15.

2

4. Z.

201a

1. Fol 1—202.

Franc: de Mayronis Sermones de tempore, et de Sanctis.

Francisci de Mayronis Sermones de tempore, et de Sanctis per annum. Primus, qui est de dominica prima Adventus, incipit: "Videbunt filium hominis venientem &c: Quia secundum doctrinam beati Augustini!" Magna haec Sermonum moles eleganti et nitido charactere exarata est. In calce legitur: "Expliciunt Sermones Francisci Maironis in profesto undecimmilium virginum anno domini

Mº CCCCº XLVIº per Henr: de L.

De authore vide Codicem CLXXXIX.

2. Fol: 206^{a} – 366^{b}.

Sermones varii.

Sermones varii de dſc̃tis, de festis nonnullis Domini, B: V: M: et diversorum Sanctorum modo breviores modo longiores, indiscriminatim absque ullo ordine collecti. Folio 273 verso extat rubrica: "Incipit commune Sanctorum et primo de apostolis." Hi ſermones de ſanctis plerumque finiuntur hac clausula Dicatur legenda vel historia. Hos excipiunt alii ſermones de festis Domini, et nonnullis dominicis. Inter alios occurrit sermo qui inscribitur de Adventu, sed ob nimiam prolixitatem potius tractatus appellandus. Initium ejus est: "Preparare israel in occursum domini dei tui Amos 4º. In his verbis propheta duo facit" &c: nimirum hortatur nos ad morum honestatem, et ostendit venientis dignitatem. Hunc tractatum ſequentur alii ſermones de variis festis. De authore omnium predictorum nullum apparet vestigium; illius itaque detegendi laboriosum æque, ac ingratum studium iis, quibus nec tempus deest, nec voluntas relinquo.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

, 478.

Cod. CC. n. 3.

3. 366 Fol.
366b – 421a

Henrici de Haſſia Sermones.

His ſubjunguntur ſequentes Sermones. Primo: unus de conceptione B. V. M. hujus initiū: "Edificavit dominus deus coſtam &c. Ad laudem glorioſe virginis Marie." Secundo: Sermones tres de paſſione Domini, quorum prior incipit: "Reſpice in faciem Chriſti tui ps. 83. Reverendi patres magiſtri ac Domini mei ſi modum conſideremus condicionis humane." Tertio: Sermones de feſtis reſurrectionis, Aſcenſionis Domini, Trinitatis; et Corporis Chriſti. Primus horum rubrica inſignitur: "Sermo de Reſurreccione domini venerabilis Magiſtri Henrici de Haſſia", et incipit: "Reverendiſſimi magiſtri, patres ac domini. Hec dies &c. Ob hanc rubricam, et æqualem dicendi rationem ſingulos hos Sermones uni eidemque adſcribo authori, eoque libentius cum conſtet, Henricum feſtis per annum præcipuis Viennæ pro more ad concionem academicam dixiſſe. Ultimus de Corpore Chriſti, qui incipit: "Accipite, et manducate &c: Quia difficile eſt." fortaſſis ille eſt, quem Fabricius (a) inſcribit de modo celebrandi, et recipiendi ſacramentum Eucharistiæ.

His in fine adduntur quæſtiones breves theologicæ, duo Sermones; et nonnullarum vocum in novo teſtamento occurrentium explicatio; levioris cuncta ponderis.

(a) Bibl. med. & inf. latin: T. 3. p. 218.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 200

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27537

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)